

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Titvlvs I. De Sponsalibus, & Matrimonio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO IV.

*Ex consil. 2. in utrisque.*

**C**onstitutio Gregorij XIII. contra Bannitos, quam  
quis clericos ad eos accusandos, denunciandos, &  
propalando non obliget, cum huiusmodi denunciatio,  
& accusatio res periculosisima, & morti vicina sit, ad  
quam legislator clericos obligare non solet; cap. Erat au-  
tem d. 4. & ait Nau. in Man. c. 27, nu. 196. Eorum tamen  
fautores, etiam si clerici sint, extra casus sacræ confessio-  
nis, & alios, in quibus iure naturali, vel diuino eis fauere  
tenentur, comprehendit.

## DECISIO V.

*Ex consil. 5. alias 6.*

**C**lericus in quatuor tantum minoribus constitutus,  
& omni beneficio carens, vel etiam sacris iniiciatus  
patrocinando in causis, siue sint ecclesiasticae, siue secula-  
res, aut criminales, excommunicationem, aut aliam cen-  
suram non incurrit, neque etiam irregularitatem, dum-  
modo ex suo patrificio mors, aut mutilatio membra non  
sequatur: cap. Sententiam sanguinis, ne clerici, vel mo-

nachii. Ita tamen parochiando mortaliter peccat, si vel  
beneficium ecclesiasticum habeat, vel in sacris constitu-  
tus sit, etiam si beneficio careat, exceptis casibus iure per-  
missis, cap. 1. de postulat.

## DECISIO VI.

*Ex consil. 1. in Novis deest in antiquis.*

**T**utelam, & curam Minorum sustipere, nec episco-  
pus, nec sacerdos secularis, muleo que minus mona-  
chi suscipere tenentur, generaliter, C. de episc. & cler. &  
cap. generaliter. 16. q. 1. siue tutela sit legitima, quia lege  
defertur; siue Dativa, quia a judice datur; siue testam-  
entaria, quia a testatore defertur. Poterunt nihilominus epi-  
scopi & presbyteri illam suscipere, si volunt, sine villus  
alterius licentia, modo illam turpis lucri gratia, vel ob  
alium malum finem non suscipiant. Immo etiam & reli-  
giosus turor curator, & testamenti executor esse potest,  
petita tamen & obtenta superioris licentia: cap. 1. de re-  
stamen. in 6. fed eti. episcopus, presbyter, aut religiosus  
huiusmodi tutelam, & curam ob malum finem suscipiat,  
iuris tamen communis suspensionem ipso iure non in-  
currunt, cap. peruenit, dist. 8. 6.

Finis Libri Tertij.

# DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIAE

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri  
collectarum.

## LIBER QVARTVS.

## TITVLVS I.

## De Sponsalibus, &amp; Matrimonio.

S V M M A R I V M .

- 1 Matrimonium sine parocho contractum non valet, nec vim sponsaliorum habet.
- 2 Virginem nulliter ducens, & deflorans, an dotare teneatur, licet illa postea fornicetur.
- 3 Virginem pellicentem deflorans iure poli restituere non tenetur, quamvis iure fori condemnabitus.
- 4 Virginem sacratius, vel coniugatus sine exceptione deflorans, nihil restituere tenetur.
- 5 Matrimonium ex dispensatione contrahentes, negata copula, post commissionem ad dispensandum secuta, peccant, sed valet matrimonium.
- 6 Filius ex matrimonio nullo legitime contracto, & durante amborum, vel alterius coniugis ignorantia nati, sunt legitimis.
- 7 Papa leges suas, ac prædecessorum suorum, an reuocare possit, ac si latæ non fuissent.
- 8 Episcopus, quando super impedimentis matrimonium di-  
cumentibus dispensare valet.

- 9 Denunciations Matrimoniorum omnis ordinarius, etiā Abbas remittere potest.
- 10 Matrimonium clandestinum ante Concilium Trid. contrahentes peccabant, sed validum erat.
- 11 Iudeus conuersus licet cum ea contrahit, cum qua pater ante eius conuersionem coiuit.
- 12 Matrimonium nec verum, nec presumptum est, si nec verba de præsenti, nec copula interuenierunt.
- 13 Matrimonium coram parocho schismatico, non tamen declarato, & coloratum titulum habente contractum, validum est.
- 14 Papa ex causa dispensare potest, ut episcopus uxorem ducat.
- 15 Matrimonium sublatu impedimento nouum consensum requirit.
- 17 Matrimonium contra formam dispensationis Papæ contra dictum, est nullum.
- 18 Dispensatio ab uno coniugum alio ignorante impetrata, utriusque prodest.
- 19 Marito diu absente, & ad mortem agrotante, uxori alterius nubere nequit, nisi certo mortuum sciat.
- 20 Matrimonium fieri per procuratorem cum una, & deinde per se cum alia contrahens, quid facere debet.

Mr.



- 21 Matrimonium contrahere nequit cum ea, cum qua commisit incestum, aut cum alijs, sine dispensatione.
- 22 Matrimonij ius cum pacto quod seruatur castitas, aut non petatur debitum, contrahitur que.
- 23 Vxor si nupsit alij houa fidem maritum mortuum esse credens, monenda non est.
- 24 Matrimonium coram parochio licet ad alias vocato, & testibus contractum valet.
- 25 Votum religionis non tollunt sponsalia secunda, etiam cum copula.
- 26 Filius adulterini per subsecutum matrimonium non legitimantur.
- 27 Maritus adulterae religionem profiteri, & ordinari potest, eamque ut castè vivat, admonere debet.
- 28 Papa interdicere ex causa potest episcopo, & parochio, ne interfici alicui matrimonio, vel interessendi facultatem faciant.
- 29 Dispensationem querere quando teneatur, qui sponsalia in gradu prohibito contraxit.
- 30 Matrimonium sine utriusque consensu esse nequit.
- 31 Matrimonio interesse potest sacerdos habens generalē a parochio licentiam exercendi curam.
- 32 Vxor diuidit matrimonium impedit, sed non dirimit contractum.
- 33 Vxor pauper in bonis mariti diuitiis ante copulam mortui dotem habet.
- 34 Parochus, qui nondum sacerdos est, matrimonio contrahendo presens esse potest.
- 35 Herus ancillam ante 25. annum non collocans, sicut patet filiam, est in mora.
- 36 Matrimonium cum rapta non restituta, post Concilium Trid. contractum est nullum.
- 37 Sponsa mortuo sposo, cum consanguineo in primo gradu sponsi contrahere nequit.
- 38 Sponsalia ob delictum superueniens dissoluuntur, vel id ob quod non sufficit contracta.
- 39 Matrimonium viuente prima, cum secunda contrahēs, illa mortua iterum cum dispensatione contrahere debet, vel secundam deceptam dotare.
- 40 Matrimonium consensum liberum requirit, & metu reverentiali patris contractum, sit nullum.
- 41 Matrimonium nullum publicē contractum sublatō impedimento iterum clam contrahere sufficit.
- 42 Matrimonium non licet catholicō cum heretica contrahere, contractum tamen tenet.
- 43 Sponsalia cum heretico cōtrahita, cur secura copula non transiret in matrimonium.
- 44 Sponsalia cum heretica contracta quando per copulam securam transeant in matrimonium.
- 45 Sponsalia de iure nulla, post Concilium Tridentinū nullum effectum impedimenti publicē honestatis parunt.
- 46 Matrimonium ante pubertatem ex causa cum Pape dispensatione validē contrahere potest.
- 47 Sponsa sponsum ingressorū religionem usque ad elapsum annum probationis extare tenetur.
- 48 Licentia quam dat parochi sacerdoti, ut interfici matrimonio contrahendatur, quod sit verbalis, & probari potest.
- 49 Matrimonium contra ius humanum contractum, sit permisum.
- 50 Affinitas superueniens matrimonium ratum non dissolvit, & adulterius ius petendi debitum amittit, innocens autem illud petere potest.
- 51 Episcopus, seu parochus solis presbyteris potestatem assertendi matrimonio contrahendo delegare potest.
- 52 Infideles sponsi, qui se cognoverunt, conuersi de novo matrimonium contrahere debent.
- 53 Matrimonium ad contrahendum cuius ordinarij licentia requiritur.
- 54 Parochus, vel alius sacerdos, de illius, vel ordinarij licentia, cur matrimonij contrahendis interesse debet.
- 55 Sponsalia non contrahit, qui iureinrando dicit mulieri, ut illa potiatur, non habeo aliam nisi te.
- 56 Error persona an dici possit, ubi plebeius, nobilis & diues creditur.
- 57 Penitentiaria dispensationem cum compositione date non debet.
- 58 Dispensatio sine mandato obtenta, valet.
- 59 Matrimonium ad contrahendum praesentia parochi vnius contrahentium requiritur, & sufficit.
- 60 Baptizans in necessitate filium suum ex uxore, nullam contrahit cognationem, secus si filium ex concubina baptizet.
- 61 Matrimonium contractum presente parochio, & testibus valet, etiam si parochus nihil dicat.
- 62 Matrimonio quanam materia, & forma sit.
- 63 Impedimentum matrimonij probabilitate ignorans, an, & ad quid monendum sit.
- 64 Matrimonium in gradu prohibito contrahentes, obtenta dispensatione, de nono consentire debent.
- 65 Benedictio nuptiarum, siue bene, siue male, puta ab heretico accepta nec auget, nec minuit vinculum essentiale matrimonij.
- 66 Matrimonium presumptum per copulam affectu maritali post sponsalia habitum cessat post Concilium Tridentinum.
- 67 Promittens ducere aliquam in uxorem, tenetur duere, etiamsi talem promissionem fecerit absque animo adimplendi.
- 68 Virginem sollicitans an dotare teneatur.

## DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 3. de cland. despōns.

**M**atrimonium sine parochi, vel eius substituti licentia contractum adeo nullum, & iniuridicum est, ut a talis Matrimonio quilibet contrahentium propriā auctoritate, & siue illa iudicis sententia resilire poterit, & alia matrimonio licite contrahere, ut aperte decidit Concil. Trid. l. 24. c. 1. de refor. matr. Inimo nec tale Matrimonium vim sponsaliorum habet. Sufficit autem praesentia parochia feminæ, ut Matrimonium sic contractum validum sit; ita Congregatio ad Car. ad dubia Conc. Trid.

## DECISIO II.

**Q**ui cum aliqua contra formam Concilij Tridentini matrimonium contrahit, & consummat, cum illa, si ipsa postea fornicetur, contrahere non tenetur: Arg. c. quemadmodum, de iureur. tenetur tamen eam dotare, si ante eam fornicationem obligatus erat, cum fornicatio sequens obligationem dotandi non tollat, ut colligatur ex toto tit. Instit. quibus modis tollitur obligatio.

## DECISIO III.

**M**atrimonium cū virginē sine parochi licentia contrahens, eamq. aut leviter rogatam sine illa deceptione, aut tacite rogantem, seu inducentem deflorans eam in foro conscientia dotare non tenetur; secus tamen in foro exteriori, sed si in uitiam defloret, ad eam dotandum in utroque foro tenetur, c. 1. & 2. de adult. & Nau. in Man. c. 16. num. 16.

## DECISIO IV.

**C**oniusgatus, vel sacris initiatus, virginem cor. uigijs, vel ordinis sacri conciam, volentem, vel rogatim, vel



vel etiam leviter rogatam sine dolo desolorans, nec illam  
ducere, nec dotare in foro conscientiae tenetur: si autem  
magis precibus rogatam violauerit, in vitroq; foro ad do-  
tandum reprobatur. In hac autem materia preces, quae vi-  
derentur esse lenes, si a gregario iuuenie fierent, dicuntur  
graues & importunes, si ab aliquo magnae auctoritatis vi-  
ro puella gregariæ fierent. Arg. I. 1. ff. quod iusl. & ibi.  
gl. ver. quemadmodum.

## DECISIO V.

*Ex conf. 2. alias 10. de consang. & affinit.*

**T**ractantes de Matrimonio contrahendo in secundo  
consanguinitatis gradu, & post missam informatio-  
nem ad Papam, & imperatram dispensationem, se carna-  
liter cognoscentes, antequam vere fieret dicta pensatio, ip-  
sique iurantibus quod se non cognoverint, cum illis  
Commissarius dispenset, ipsique postea Matrimonium  
publice contrahant, valet dispensatio; cum in impera-  
tione commissionis Papalis subreptio nulla admisita fuit,  
eo quod incestum nondum ad miserant, & validum etiam  
censetur matrimonium, eo quod per huiusmodi dispen-  
sationem impedimentum secundi gradus consanguinitatis  
sublatum est, quod matrimonium impedit, & dirimit:  
solum autem impedimentum incestus impediens, & non  
dirimens remanit, super quo Episcopus dispensare va-  
let: unde & eorum filii legitimi sunt, vixit ex matrimoni-  
o legitimo nati; & satis est quod ab Episcopo dispensa-  
tionem imperante petendi debitum a se mutuo, & pœni-  
teant, & confiteantur peccata incestus, & peririj & pœ-  
nitentias injunctas adimpleant, ut suo matrimonio lan-  
cte, & sine peccato fruanter.

## DECISIO VI.

*Ex conf. 3. alias 2. qui filii sunt legitimi.*

**F**ili qui ex matrimonio nullo, ob aliquid impedimentum  
consanguinitatis, vel affinitatis iure positivo indu-  
ctum, legitimè tamen se uata forma Concilii Tridentini  
contracto, nati sunt; antequam vterque coniugum,  
vel alter eorum vere sciret impedimentum, legitimi sunt,  
absque illa Papa dispensatione; ignorantia enim impe-  
dimenti parentum, vel alterius eorum filios legitimos ef-  
ficit. c. 2. & c. referente. & c. ex tenore, qui filii sunt legit.

## DECISIO VII.

**Q**uamvis Papa efficeri possit, ut filii, qui concepti &  
nati fuerunt ex matrimonio nullo ob impedimentum  
consanguinitatis, vel affinitatis iure positivo indu-  
ctum, seruata forma Concilii Tridentini legitimè contra-  
cto, postquam vterque parentum licuit impedimentum,  
legitimi sunt, ita ut habeantur legitimi a tempore quo co-  
cepti & nati fuerant per approbationem ab ipso Papa fa-  
ctam post mortem alterius parentum, ea quod leges om-  
nes humanas super Matrimonio latas ita reuocare potest,  
ut pro infectis singantur, & cœlantur, ut perinde de om-  
nibus rebus judicandum sit, super quibus factæ sunt, ac si  
factæ non fuissent, nec illum effectum produxisse dicantur;  
adeo ut consequenter predicti filii illegitimè nati le-  
gitime nati esse fingantur, ut nati fuissent, si tale impedimentum  
per dictas leges inductum non fuisset; ita Bar. in  
I. si qui pro emptore, si de vfuscac. si tamen sine maxima,  
& iustissima causa id faceret, graviter peccaret; cum id  
rarissimè sine scandalo, & præjudicio tertij fieri non pos-  
se videatur, maximè si personæ illæ, cum quibus dispensa-  
tum est, de temporali ipsius Papæ domino non sint; ita  
sentit Pan. in c. venerabilem. nu. 2. 6. qui filii sunt legitimi  
facta nihilominus tali dispensatione valida censenda est.

## DECISIO VIII.

*Ex conf. 77. alias 1. de consang. & affin.*

**E**piscopus super impedimentum matrimonium dirimē-  
tibus dispensare valet, quando impedimentum est  
occultum, & matrimonium publicum, & separatio mag-  
no foro scandalos, & non postea vel non nisi cum maxi-  
ma difficultate, propter pauperitatem aut alia legitima im-  
pedimenta recursus ad Papam, vel legatum illius haberet.  
ex Nau. in Man. c. 22. num. 85.

## DECISIO IX.

*Ex conf. 5. alias 2. de cland. despōns.*

**A**bas Commendatus, qui ratione Abbatis iura  
Episcopalia habet, & est nullius dicēsis tanquam  
ordinarius, c. ordinarij. de offi. ord. in 6. & gl. ibi. & c. cum  
ab eccl. sum. tit. cod. denunciations matrimoniorum,  
qua in eccl. sua Abbatia, iuxta Concilium Tridentinum  
fieri deberent, remittere potest; cum prefatum Con-  
cilium hanc facultatem ordinarij indefiniti concedat. Et  
prælati exempti, qui iurisdictione quasi episcopalem ha-  
bet, ea omni regulariter facere possunt, que possunt epi-  
scopi in dicēsi sua circa ea, que sunt iurisdictionis; ita  
Glos. in clem. 1. in verb. proprii. de rebus eccl. non ali.

## DECISIO X.

*Ex conf. 6. alias 13. de clan. despōns.*

**C**ontrahentes ante Concilium Tridentinum per ver-  
ba apia ad matrimonium de præsenti, vel saltem ad  
sponsalia de futuro secuta copula, validum matrimonium  
contraxerunt; c. is qui. de sponsa. ita ut post dictum Con-  
cilium matrimonium coram suo parocho adhibitus duo-  
bus testibus secreto de nouo contrahere opus non erat ex  
Nau. in Man. c. 22. nu. 70. Sic tamen clandestine ante Co-  
cilium contrahentes peccatum mortale commiserunt, c.  
cum inhibito. de despōnsat. clandest.

## DECISIO XI.

*Ex conf. 7. alias 12. de consang. & affin.*

**C**um nulla affinitas ex solo illico coitu iure natura-  
li, lege veteri, aut illo iure antiquo Romano ethni-  
co contrahatur, l. Nō facile. S. affines. f. de grad. aff. & l. ca.  
S. sciendum. Iudæus qui cum ea coiuit, cum que pater lu-  
dæus coierat, factus Christianus cum illa eadem Christia-  
na facta matrimonium contrahere potest; eo quod affini-  
tas, qua ex copula, & illi cito coitu nascitur, & qualitas est  
impedientis matrimonium, ex nullo iure prædictorum, sed  
solo Pôstificio produxitur; ex Pontificio autem non potest  
inter ludæos nasci, quia illo non ligatur; c. Caudemus. de  
diuort. Nec coitus illicitus, qui præcessit baptiūm, affini-  
tate postea impediēt matrimonium producere valet.

## DECISIO XII.

*Ex conf. 20. alias 14. de statu Monach.*

**M**atrimonium ante Concilium Tridentinum inter  
impuberis verbis non sat claris contractum, nec  
verum nec præsumptum esse censetur, c. puberes. de spon-  
sal. impub. & c. is qui. de sponsal. dummodo copula car-  
nalis non sit subsecuta.

## DECISIO XIII.

*Ex conf. 2. in Novis, deest in antiquis.*

**M**atrimonium coram parocho schismatico cano-  
nicam institutionem habente, needum iure suo  
privato aut schismatico declarato tam ante, quam post  
Concilium Tridentinum contractum, validum est; securus  
autem si præfatus sacerdos, nec institutionem canonica,  
nec colorata obtinuit.

## DECISIO XIV.

*Ex conf. 10. alias 38. de voto.*

**C**um nullo iure Diuino naturaliter in dito, neque fu-  
pernaturaliter tradito, venientur sacerdotib. Mat-  
rimonia: cumque continentia, & lacerdotium non sint ir-  
separabiliter annexa, omnisque lex, quae prohibet, ne fa-  
cerdos matrimonium contrahat, humanius in scriptis  
data, vel cōsuetudine ecclesiastica inducta est: Potest Pa-  
pa, qui supra omne ius humanum est, c. cuncta per mun-  
dum, 9. q. 3. c. propofuit, de conceit. præben. iusta de causa  
dispensare ut Presbyter, vel Episcopus, vel etiam Archi-  
episcopus vxor ducat ex S. Th. 2. 2. q. 88. art. 11. & Cajet.  
ibi. & to. 1. opulc. tract. 27. iusta autem dispensandi causa  
est compositio, vel conseruatio pacis alicuius regni, &  
prosilio de certo successore Regis, ne illo sine libertate de-  
cedente, regnum suu mala patiatur, & pax eius violetur.  
D E.

## DECISIO XV.

Ex confil. 3.11. alias 3.

**Q**uia matrimonium post Concilium Tridentinum servata eius forma contraherunt, & filios suscepserunt, & postea temporis successu sunt uxorem tempore contractus duodecim annos non habuisse, ordinatio significare debent, quod ipsi ex causa quadam, quam non auctoritate ei non facere, & que iam cessavit de valore matrimonij sui contracti coram parochio praemitis denunciatioibus per Concilium requisitis, ad omnem scrupulum dependentem denuo contrahere cupiunt; & ita post habitum ab Ordinario licentiam, suum parochum, vel alium sacerdotem de ipsius parochi, vel ordinarii licentia aderant, qui vocatis duobus testibus amicis suis, qui rem secundam teneant, matrimonio contrahendo assistat.

## DECISIO XVI.

Ex confil. 12. in virisque.

**M**atrimonium inter duos contractum quod ex impedimento aliquo fuit nullum, & quod pars ignorabat habita etiam dispensatione super eodem impedimento validum non erit, nisi nouis amborum consensu societ etiam partis ignorantis, cap. 2. & c. veniens de eo qui duxit, cum episcopum confessus primus matrimonialis non fuerit, nullus actus virtute illius licitus esse potest, & ideo ad hoc ut coniuges legitimis sint, nouis post subiunctum impedimentum consensu requiritur, ita Nauar. in Man. cap. 22. num. 86.

## DECISIO XVII.

Ex confil. 13. deest in Novis.

**S**icut matrimonium contractum a viro religioso professo, qui tria vota substantialia in religione approbata vovit, sine legitima dispensatione, est ipso iure nullum, c. Meminimus, qui clerici, vel votu. Ita Matrimonium quod contra, vel circa formam dispensationis conditionis Papae postea contrahitur, ipso iure nullum & invalidum censendum est, c. cum dilecta de re script. & c. Pisani, de refut. spoli. & c. prudentiam de officiis iur. deleg.

## DECISIO XVIII.

Ex confil. 14. alias 3. de re script.

**C**um dispensatio unius personae concessa ad contrahendum cum alia nihil valeret, nisi ad illam aliam cum qua est necessaria annexa, extenderetur, c. quia in tantum de proben, gl. in c. si quis in clero. 7. q. 1. consequenter dispensatio ab uno coniugum super impedimento matrimonij quod est inter ipsum, & aliam certam personam impetrata, a Papa etiam tanquam utriusque profutura concepcionem, Arg. cap. p. translato, de constitutam parte altera impedimentum, & dispensationem obtentam ignorante ex Nauar. in Man. c. 22. num. 70.

## DECISIO XIX.

Ex confil. 15. alias 2. de secund. nuptijs.

**M**ulier, cuius maritus diu abens fuit, nec aliquid certe de ipsis morte cognoscet, nisi quod ante aliquot annos de quodam audierat maritum ad mortem aegrotalem, alteri nubere non potest, antequam certum habeat nuntium de morte mariti, quantocunque tempore ille absit, c. in praetentia, de spofal. quod si de facto alteri nubat, ab eo separari non debet, donec maritum certo vivere sciat. Arg. cap. s. de secund. nupt. & c. inquisitione, de lenitent. ex com.

## DECISIO XX.

Ex confil. 16. alias 2.

**D**ans mandatum procuratori ad matrimonium cum certa persona contrahendum, sine villa tamen intentione contrahendi cum illa, & mandatarius legitimate contrahit simulationem mandantis de non contrahendo ignorans, si deinde mandans per se cum alia publice matrimonium contrahat, & cum illa consummat, quamvis in foro exteriori, tam a iudice ecclesiastico quam seculari, bis ma-

trimonium contraxisse censetur, in foro tamen interiori cum secunda tantum contraxisse iudicabitur, & cum illa cohabitare debet.

## DECISIO XXI.

Ex confil. 17. alias 1. de eo qui cog. consang. vxor.

**Q**ui incestum cum consanguinea commisit, non solum cum ea sine dispensatione matrimonium contrahere nequit, sed neque cum alijs, nisi novam dispensationem obtineat, c. si duo 25. q. 6. & c. de incestis, & c. proquinquam 35. q. 3. & Nauar. in Man. c. 22. nu. 75.

## DECISIO XXII.

Ex confil. 18. alias 11. de voto.

**Q**ui calitatem se perpetuo seruaturum vovit, cum hoc tamen moderawine, vt possit ducere uxorem aliquam, quia vellet cotinere sicut ipse, & dominum solum administraret, ad castum tacitum seruandam tenetur, nec cum aliqua matrimonium ea lege contrahere potest, vix illa contineat, nec debitum petat; cum hunc modi pactum, & fini & fidei matrimonij contrarium sit; eo quod virtualiter est pactum de vitanda prole, & de non reddendo debitum, & de non habenda potestate sui corporis, iunt autem fides, & proles duo de principalibus matrimonij bonis: c. omne nuptiarum bonum. 27. q. 2. omnis autem conditio, quia contra matrimonii substantiam est, sive turpis, sine honesta sit, illud invalidat, ita S. Thom. 4. d. 28. art. 4. Adr. y. de spons. Sot. 4. d. 29. q. 2. art. 3. & cap. s. de condit. app. Nec iusta causa dispensandi cum tali luper tam gravis de castitatis voto esset commoditas regendi dominum, quia ex uxoris confortio proveniret.

## DECISIO XXIII.

Ex confil. 9. alias 4. de conuers. coniug.

**Q**ui clam ante Concilium Tridentinum matrimonium cum aliqua contraxit, & colummavit, & postea diu absens in remota paribus ignorante uxore religionem approbatam ingressus & profecitus est, confidens confessario suo talem ingressum tanquam licitum; si uxor eius postea bona fide probabiliter credens maritum suum mortuum esse, alteri nubat, & filios habeat, de vita mariti viuentis monenda non est & maritus praedictus religiosus iuste in sua religione perseverare potest, c. Agathola. 17. q. 2. ob adulterio sum notiorum praedictae uxoris, cuius ipse causa propinquia non fuit cum non tradidit illam adulterandam, nec rogavit, nec coniunctum ei ut id faceret, sed locum remota causa exitit absentando le ad loca remota, nec eam alias de vita sua admonendo, ita Pan. & Prapos. in cap. discretionem, de eo qui cogit. consang. uxor, & gl. in c. si tu abitum. 27. q. 2. Quod si uxor postea iurat, & credit maritum priorem vivere a secundo suo marito nec debitum exigere nec reddere potest.

## DECISIO XXIV.

Ex confil. 20. alias 11. de claud. disponit.

**C**ontrahere volentes matrimonium & suspicantes quod parochus, cuius praesentia ad matrimonium est Concilium Tridentinum est necessaria, nollet esse praefens illi contrahendo, si vocent eum quasi ad aliud propositum in quodcum domum, & mox eo praesente, & ignorantie quid agere volet, praedicti contracturi mentito se in coniuges recipiant per verba de praefenti, coram illo parochio, & alijs duobus, vel tribus testibus quod solum requiri Concilium Tridentinum, iust. 24. c. 1. de refor. matr. ad subtilitatem valorem matrimonij, validum matrimonium contrahunt, nec necessaria est, vt parochus, vel testes regulariter rogati sint, & sciant ad quid rogatur; sed sufficit, quod praesentes ad id quod agitur, per sensum corporeum visus, & auditus.

## DECISIO XXV.

Ex confil. 21. alias 1. qui clerici, vel votu.

**Q**ui post votum emissum de intentiada religione, & c. statute seruanda, promisit puella ducere eam in uxori, vt sic contentret in copulam carnalem, quod illuc fecit,

fecit, & ob id infamata maneret, votum potius imponere, quam illam ducere tenetur; cum talis prius Deo, quam pueræ obligatus fuit; c. Prior. de reg. iur. in 6. & sponsalia secura etiam cum copula, votum precedens religionis non tollit. Arg. c. commissum de sponsal. Rursus, Qui cler. vel vident. In quo casu fat. erit, quod prius damnum pueræ illatum restituat, dando et tantum, quanto indiget, ut æque bene collocetur, ac collocata fuisse, si infamata non fuisset, c. 1. & 2. de adulter.

## DECISIO XXVI.

Ex conf. 5. alias 6.

**F**iliij, qui ex concubina, que matrimonium cum alio viro contraxit, qui ab ea diu absuit, & incertum erat an viueret, nesciuntur, viuente priore marito concubinæ illegitimi sunt, nec per sublequens matrimonium cum præfata concubina post mortem prioris sui mariti solemniter contractum, legitimè efficiuntur. Alij tamen, qui probarent se natos ex eadem concubina post mortem prioris mariti, per tale matrimonium subsequens solemniter inter eos contractum legitimè centendi sunt, cap. tanta, qui filij sint legitimi.

## DECISIO XXVII.

Ex conf. 23. alias 15. de conuers. coniug.

**C**ontrahentes sponsalia de futuro & leuiuicem maritali, & vxorio affectu ante Concilium Tridentinum cognoscentes: si illa postea nuptia alteri publicè, (cum sic alteri nubendo adulterata sit, & in adulterio maneat, cap. Agathofa. 27. q. 2.) ipse etiam sine solutione Matrimonij quoad vinculum, sed quoad thorum, & cohabitationem separare potest, & sic separatus etiam sine via lila Papa auctoritate permanere, & vel religionem profiteri, vel ordinis sacros sine metu irregularitatis, aut suspensionis suscipere & utrè ordinibus suis absque aliqua Papæ dispensatione uti valer, & sua conscientia satisfacere, eam, ut castæ viuat, admonendo.

## DECISIO XXVIII.

Ex conf. 24. alias 1. de Matrimon. contr. contra interd. ecclæs.

**S**i quis iuuenis nobilis, quasi fascinatus, invito eius patre cum femina vilissima, non sine maximo eius familiæ dedecore, matrimonium contrahece omnino vellet, iuste & a patre eius impetrati, & a summo Pontifice motu proprius concedi potest, per quem prohibeat sub Censuris, & penitentiis parochio predicatorum personarum, qui nunc est, & qui murae domicilijs foret, & euiam ordinario earundem, ne huiusmodi nuptijs interfenserit, nec alijs presbyteris facultatem in eis interuenienti facerent intra annum ab hoc: Arg. c. p. de cland. fl. desp. & cle. 1. de confang. vi infra tempus videatur, si mediatis orauomibus qd huiusmodi fascinatio ne liberari possit, ita ut in se reverius iuuenis, quod sibi, & sua familiæ conuenit, faciat.

## DECISIO XXIX.

Ex conf. 25. alias 2. de eo qui cogn. consang. vxor.

**Q**uia rem habuit cum matre, & postea sponsalia cum filia contraxit, cum qua etiam rem habuit, & postea etiam rem cum matre habuit, si tacite, vel expresse dispensationem procurare promisit, seu cu proposito, & intentione obtinendi, & procurandi dispensationem contraxit, in foro conscientie pro viribus dispensatione querere tenetur, ut valide cum filia contrahere possit, & post eam obtentam folementer cum eadem contrahere, si vero sponsalia simpliciter contraxit, nulla facta mentione expresse, aut tacite de dispensatione, cum hoc casu sponsalia videantur omnino nulla, & potinde ad nihil obligantia; Arg. Reg. præstat, de regul. iur. in 6. ob deceptuonem tamen, qua sciens impedimentum contraxit cum filia ignorante fornicacionem eius cum sua matre, & consequenter impedimentum, quod erat inter ipsos, damnum deflorationis eius refarcire tenetur.

## DECISIO XXX.

Ex conf. 26. alias 6.

**C**um matrimonium sine vtenui; partis consensu co-sisteret nequeat, c. si inter de sponsa, & actus agendum ultra intentionem eorum non operantur, cap. fi. de præb. quotiescumq; ex sufficientibus colecturis probari potest, contrahentes, aut unum contrahentium intentionem contrahendi, aut consentiendi non habuisse, sed decipiendi, & simulandi matrimonium inter eos contractum defectu consenti; & intentionis amborum, vel alterius partis, fuisse omnino nullum indicandum est.

## DECISIO XXXI.

Ex conf. 27. deest in Novis.

**Q**via concessio regulariter, & dispositio generalis generaliter est intelligenda, c. si Romanorum, d. 19. & omnis parochus regulariter omnes vices suas tam generaliter, quam specialiter alteri sacerdoti committere potest; Arg. gl. soleni. in c. pertinet d. 95. & a regula non discordat nisi ex prel. caueatur. Gl. io. Lomini definitio, de regul. iur. in 6. Sacerdos ex generali licencia sibi imparita a parochio, vi omnia quæ ad curam pertinent, exercere possit etiam matrimonio iuxta Concilij Tridentini decreta, cum contrahendo inter eis potest, maxime cum assidet ea parochi in matrimonio, non tanquam functio dignior parochi requiritur, (quandoquidem alia functiones sacramentales, quas tamen alteri committere valet, longe maiores sunt) sed ut non desit probatio matrimoniorum, & ne matrimonia clandestina contrahantur.

## DECISIO XXXII.

Ex conf. 28. deest in Novis.

**Q**uamvis occisio vxoris sine iudicio impedit entum ad contrahendum matrimonium inducat, c. imperfecto, c. ad monere. 33. q. 2. mulier tamen quæ felonientia nubet alteri, qui ipsa ignorantie, vxorem suam occidit, validum cum eo matrimonium contrahit, cum vxori dicendum impedimentum sit impediens quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimens iam contrahendum ex Nauar. in Man. c. 22. num. 74.

## DECISIO XXXIII.

Ex conf. 10. alias 41. de success. ab intellato.

**V**xor pauper in bonis mariti diuitiis, ante copulam mortui donum habet, sicut vicissim maritus pauper partem donis locutus, quando cōiux diues ante copulam carnem, & post matrimonio per verba de plenitate contrahit. Auth. præteca. C. unde vir, & vxor.

## DECISIO XXXIV.

Ex conf. 30. alias 9. de cland. desp. s.

**S**icut electus, & confirmatus in episcopum, & nōdum consecratus, omnia ad episcopum per timentia exercere poterit, præter ea quæ sunt ordinis; Arg. c. suffraganeis, & c. transmissum de elect. ita etiam & Parochi, prout us canonice de ecclesia parochiali, etiam si nondum facti sibi, omnia potest præter ea, quæ sunt ordinis; unde & parochi præsenta, qui nondum facti sibi, in matrimonio iuxta Concilij Tridentini decreum contrahendo sufficiunt quamus alius vices Parochi supplerere non possit, nisi facti sibi.

## DECISIO XXXV.

Ex conf. 31. alias 2. de cond. apposita.

**M**ulier promittens ancillæ centum pro dote, cum conditione si ei honeste seruire etiam post novem annos servit, & vigintiquinq; etatis ipsius ancilla, permiserit se illicite defari ancilla, ad solvendum tam eni; ei centum promissa, vel saltem salarium honestum cuiuslibet annum quo seruire, & consuetum solvit ancillis eius qualitas, cuius ipsa ancilla est, obligatur; cum pater filiam, & heretus ancillam ante vigintiquinquag; annum non collocantes, in mora tradendi eas maritis cœlantur. Auth.

Et hinc promittendo centum pro dote, ea promisisse intra tempus boni viri arbitrio declarandum, cap. de causis, de off. deleg. quale est tempus novem annorum; unde cum mors sua cuiuslibet esse debet nocita, Reg. Mora. de reg. iu. in 6. potius heret., quam ancilla nocere debet, & ideo vel centum pro dote, vel salarium honestum cuiuslibet anni seruitur ancilla persolute tenetur.

## DECISIO XXXVI.

Ex conf. 32. alias 2. de rapto.

**M**atrimonium cum puella iniuncto patre rapta, ipsa voluntate, & conscientie, & sine solenitate contractum post Concilium Trid. sess. 24. cap. 6. de ref. matr. non solum est nullum, quando non ad eft prefens parochus legitimus, nec alius presbyter de illius, vel ordinarij licentia, aut testes; sed etiam quando puerilla a raptore in loco tuto non est posita, & libere, & voluntarie in rapto postea consentit; Raptio vero dicitur quia contra voluntatem patris de domino eius abstrahitur, siue id de voluntate, siue contra puerillam voluntatem fiat, ex S. Tho. 2. 2. q. 1. 59. art. 7.

## DECISIO XXXVII.

Ex conf. 33. alias 11.

**C**ontrahens sponsalia de futuro cum septenni, vel Matrimonium per Procuratorem cum puella nubili etatis proxima, cap. literas & cap. accessit. de desp. imp. que mortua est etiam, priusquam Matrimonium consumatum sit, cum foro prestatae puerilla, propter impedimentum publice honestatis, quod est inter contrahentes, & consanguineos primi gradus predictae puerilla mortua, & fororis eiusdem, contrahere nequit ex Concil. Tri. sess. 24. cap. 3. de ref. matr. & Pio V. in ext. Ad Roman An. 1566. sicut nec foro aliqua prestatae puerilla mortua, sicut ex consanguineis sponsi contrahentis in primo gradu nubere potest. cap. Spons. de sponsalib. & Nau. in Man. c. 2. num. 57. A finitum vero impedimentum non oritur nisi ex copula carnali.

## DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 34. alias 9.

**P**rella quae contraxit sponsalia de futuro cum aliquo, qui postea propter sua crimina bannitus fuit, sine villa dispensatione, libere, & legitimè alij nubere potest: eo quod sponsalia de futuro disoluntur, quando superuenient aliquid, quod si a principio interuenisset, verisimiliter contracta non fuissent. cap. quemadmodum. de iureiu.

## DECISIO XXXIX.

Ex conf. 35. alias 3. de eo qui dux. in Matrim. quam polluit per adult.

**Q**ui vivente uxore priore longe ab eo degente, & mortuus tumor mortis eius cum alia publicè contrahit mortua priore uxore, cogi potest, & debet iterum cum secunda, habite dispensatione quod ex adulterio nascitur, contrahere, c. 1. de eo qui du. in matr. quam poll. per adul. vel eam decipit dotare. cap. 1. & 2. de adul. quod matrimonium secundum denudò vel sub denunciationibus, vel ad maiorem cautelam etiam coram parochio, & testibus, tacita causa nullitatis contrahere, & instrumento Notarii munire est vile; ita Nau. in Man. c. 16. num. 16. & 36.

## DECISIO XL.

Ex conf. 36. alias 10. de his quae vi, met. caus. sunt.

**P**rella sub Curatoris potestate constituta, & metu, & reverentia ipsius curatoris per se, & alios illum incutientis, sponsalia cum aliquo iuvenc, & successive Matrimonium contrahentes, nullum est, si tam ante ipsa sponsalia, vel etiam post contra dicta sponsalia antequam Matrimonium contraheret, protestetur expresse coram testibus fide dignis, se cum illo nullatenus contrahere velle, adeo ut si contingat illam dicere aliqua verba, quibus se consenserit significaret, dictura se illa contra mentem & voluntatem suam obmetum, & reverentiam sui Curatoris, & aliorum suorum amicorum, vel familiarium; quia Matrimonium liberum partium consensum, & non coaqum necessario requirit: c.

cum locum, de spons. & cap. sufficiat 27. q. 2. & cap. notifica-  
ti. 31. q. 5. omnis autem reverentia, quae operatur tantum  
quod illa non interueniente actus non fieret, tollit conser-  
sum. & actum rescindit 1. 1. q. 2. quae oneranda. ff. quatuor re-  
rum actio non datur, & gl. oibi. & cap. 1. §. porto. de despon.  
in 6.

## DECISIO XLI.

Ex conf. 37. alias 4. deo, qui dux. in Matrimon. quem pol. per adult.

**Q**uicunque ante Concilium Tridentinum cum una con-  
traxit, & postea illa vivente cum secunda in facie ec-  
clesiae contrahit ex qua, vivente priore, filios habuit,  
priore uxore legitima mortua, denudò cum secunda, nouo  
præstito consensu, & non alias Matrimonium contrahere de-  
bet; quia Matrimonium, quod ab initio fuit nullum, ob ali-  
quod impedimentum validari non potest, nisi de novo con-  
trahatur. Possunt autem de novo clam absque scandalo con-  
trahere, eo quod omne Matrimonium initialiter contractum  
in facie ecclesiae, et iam post Concilium Tridentinum de-  
nuo clam & secrete contrahi potest, prout usus sacra Pre-  
tentiarie de consensu Papæ obseruat, v. ait Nau. in Man. c.  
22. n. 1m. 47. & 86.

## DECISIO XLII.

Ex conf. 38. alias 5.

**A**tholicus cum heretica ante Concilium Tridentinum  
& etiam post illud, in locis, in quibus idem Concilium  
publicatum non est, vel non sunt lapsi trigesima dies a publi-  
catione facta, & multo magis ubi Concilium receptum est,  
sponsalia de futuro contrahens, consecuta etiam copula car-  
nali, Matrimonium cum eadem contrahisse judicandus non  
est: quandoquidem omnis promissio rei turpis, (qualis est  
catholicus de Matrimonio cum heretico contrahendo) &  
qua fine facilius peccato impleti non potest, ipso iure nulla  
est: c. in malis promissi. 22. q. 4. vnde & sponsalia prestat  
nulla omnino censenda sunt, & prouide nullum effectum  
Matrimonij producere possunt. Arg. c. non præstat. de reg-  
iur. maxime cum iura, quae sponsalia de futuro per copulam  
carnalem subsecutam Matrimonium facere affirmant, ex c.  
is, qui fidem de spon. falso presumptum, post Concilium  
Tridentinum sess. 24. c. 1. de ref. matr. cessant, ita Nau.  
in Man. cap. 25. nu. 144. & etiam de sponsalib. validis non  
de illis, quae ipso iure nulla sunt, intelliguntur. Nec vspiciam  
sponsalia ipso iure nulla effectum Matrimonij per copulam  
subsecutam producere expressum reperitur.

## DECISIO XLIII.

**S**ponsalia catholicorum valida per copulam carnalem  
subsecutam ante Concilium Tridentinum sess. 24. cap.  
1. de ref. matr. in Matrimonium ea de causa transire censem-  
bantur, quod sponsus sponsam cognoscens illud animo con-  
summandi Matrimonium fecisse presumebatur, ne in dubio  
peccasse indicetur; vnde cum catholicus hereticus pro-  
mittens cum ipsa contrahere, illam uxori affectu cognoscendo  
peccatum non erit, sed potius illam tali affectu co-  
gnoscendo, & eam illa contrahendo, magis peccat, quam  
eandem affectu forniciario cognoscendo, eo quod in hoc ca-  
su grande sacrilegium committit. vt ait Doctores in 4. d.  
39. per copulam carnalem subsecutam sponsalia compre-  
re velle, aut Matrimonio consummare, iudicari non de-  
bet.

## DECISIO XLIV.

**Q**uemuis catholici sponsalia ante Concilium Triden-  
tinum, & post illud etiam in locis, vbi illud receptum  
non est, de futuro cum heretico contrahita, ex sola co-  
pula carnali subsecuta, in matrimonium non transirent: quia  
in dubio illum non voluisse ea coplere presumuntur: si in aut  
propria eorum confessione, aut alijs sufficientib. signis, puta  
p. r. cohabitatione menstrua, aut aliud ceteris, de humido di-  
vixit eorum affectu constet, in Matrimonium transisse cele-  
bent: quamvis enim Catholicis Matrimonium cum ha-  
reteris.

retica contrahere non licet, si tamen contrahit, verum, & validum iudicandum est, cap. non oportet. 28. q. 1. & glo. ibi. & DD. in 4. dist. 29.

## DECISIO XLV.

**45** Ponfalia quantumlibet nulla ob aliam causam, quam ob defectum consensus, ante Concil. Tridentinum impedimentum publica honestatis impediens, & dirimens Matrimonium inter sponsam, & omnes consanguineos sponsi usque ad quartum gradum, & e contrario inter sponsum, & omnes sponsa consanguineos usque ad quartum gradum, produxerunt: cap. 1. d. spons. in 6. c. sponsam de sponsa. Post Tridentinum autem sponsalia deinde nulla, nullum effectum impedimentum publica honestatis parvum, sed neque modo tale impedimentum etiam ex sponsalibus validis natum, nisi in primo tamen consanguinitas gradu impedit, ita ut sponsa modo cum consanguineo sponsi, qui vltiori gradu, quam primo, prius sponsi consanguineo esset contrahere poterit; sicut e contrario sponsus, cum consanguinea sponsa, que illi ultra primum gradum consanguinea esset, non autem cum ea, que in primo gradu esset consanguinea, contrahere valet, ita Concil. Tr. l. 24. cap. 3. de ref. matr.

## DECISIO XLVI.

Ex conf. 3. alias 4. de desp. imp.

**46** Vamus duo impuberis, quorum masculus annos quatuordecim non complevit, nec femina duodecim iure humano prohibet, Matrimonium contrahere non possunt: cap. Puberes, de desp. imp. ex iusta tamen causa, puta pro bono pacis, ut tales validum inter se Matrimonium contrahant, Papa dispense posse. c. 2. de desp. impub.

## DECISIO XLVII.

Ex conf. 40. alias 1. de conuers. coniug.

**47** Cum lex Concilij Tridentini l. 25. cap. 1. de ref. matr. prohibeat generaliter, immo viuens aliter & negatiue, ne quis ante finem anni nouitatus professionem faciat; & lex generalis, praesertim viuens aliter & negatiua, vniuersaliter intelligenda sit. Solut. §. fin. de maior. & obed. tenetur sponsa de praesenti, cuius sponsus, ipsa renuente, religionem est ingressus, habitumque suscepit, tandem expellere, donec clauso probationis anno professionem emisit nec praefigi potest terminus aliquis sponsi, iuxta quem, vel profiteatur expellere, vel ad sponsam redire, prout iure antiquo statutum fuit, cap. ex publico, de conuer. coniug. & cap. commissum, de sponsa.

## DECISIO XLVIII.

Ex conf. 41. alias 12. de cland. desp. sponsat.

**48** Dispositio omnis verbo fieri potest, nisi scriptura ad actus valorem requiratur; gl. in cap. 1. de conf. in 6. in fin. Vnde & licentia quam dat parochus sacerdoti, ut contrahendo Matrimonio interfici, sufficit ut sit verbalis, & probari possit per testes, cum iura nulla specialiter requirant, ut licentia haec per scripturam concedatur.

## DECISIO XLIX.

Ex conf. 42. alias 10.

**49** Matrimonium bona fide contra ius humanum contractantes, & longo tempore pura decem annis continuates in sua bona fide permanere relinqui debent. cap. quia circa de confang.

## DECISIO L.

Ex conf. 43. alias 44. deest in Novis.

**50** Vi contracto Matrimonio legitimo per verba de praesenti cum puella nubili nondum tamen per copulam cognita, rem postea cum foetu sua habuit sine vita obtenta dispensatione cum dicta puella contrahere potest; eo quod Matrimonium cum ea contrahit, antequam impedimentum hoc affinitatis in primo gradu superuenit, & impedimentum affinitatis superueniens post contractu

Matrimonium non illud dirimit, nec impedit quoad vinculum: cap. discretionem, de eo qui cogn. consang. exor. indiget tamen adulteri dispensatione ad debitum conjugale ab ea petendum, ob dictum in pedimentum affinitatis, cap. ad limina. 30. q. 1. innocens vero illud petere potest.

## DECISIO LI.

Ex conf. 45. alias 6. de clande. despontat.

**51** Matrimonium tempore pestis, vel alia de causa contractum, coram sacrificia parochialis, clero minorum ordinum solum, de licentia facta habet ad id per parochum eiusdem ecclesie, nullum, & irritum est; Cum pro forma substantia in Matrimonio in Concilio Tridenti l. 24. cap. 1. de ref. matr. statutum sit, quod virus ex eis, coram quo Matrimonium contrahendum est, sacerdos sit; adeo ut nec parochus, nec Episcopus sine ordinarius hanc assidentem nisi ei, qui sacerdos est, delegare possit.

## DECISIO LII.

Ex conf. 46. alias 4.

**52** Infideles sponsi, qui dum in infidelitate essent facti tandem sponsalibus de futuro se semel cognoverunt carnaliiter; sine animo tamen tunc Matrimonium consummandi, existimantes adhuc nullum posse inter eos Matrimonium esse, eo quod secundum leges eorum non publice & legitime contraxerant, ad fidem conversi Matrimoniū per verbā de presenti contrahere debent secundum formam Concil. Tridentini, ita ut faciente sint proclamations per quas si inveniantur cognati, vel affines intra quartum gradum, utrum Matrimonium sine dispensatione contrahere non possunt, licet ante conversionem, & baptismum potuerint, quia simul ac christiani effecti sunt, ecclesiae legibus subiunguntur. Arg. cap. 1. de conf. & cap. gaudemus de diuoro. & cap. non debet de consang. & affin. & Concil. Tridenti l. 24. cap. 1. de ref. matr.

## DECISIO LIII.

Ex conf. 47. alias deest in Novis.

**53** Matrimonium inter se contrahentes, & timentes impedimentum sibi incurrare, eos sunt inde factum sibi, & ideo in aliis curiatur, quia sunt inde factum ab eis, in quo post alios quod dies iuri morantes matrimonium in facie ecclesiae contrahere volunt, illud facere debent praesente parochio, vel alio Sacerdote de parochi ipsius, vel ordinarii licentia, id est, Episcopi, vel Vicarii eius Generali art. gl. sing. C. l. ver. praes. ad pri. vel alterius Praelati habentis iuris canonici quasi episcopalem, qua superior est parochio loci, cuius Parochianus est, qui, vel que contrahere vult; (quidem etiam habent Cardinales in suis collulis, cap. 1. qui de missione & obed.) cum propriis contenitis Parochii in Concil. Tridenti l. 24. cap. 1. de ref. matr. is intelligatur, in cuius parochia contractantes habent tempore, quo matrimonium contractabunt.

## DECISIO LIV.

**54** Cum parochii extra suam parochiam, & Ordinarios extra suum diocesis in private personae celestant factum quad excedenda in suum potestatem, i. terra adiuncta glo. ff. de officiis &c. & proclamations tribus continuis fatis diebus facientes sibi in parochia in qua contractandum est; ca. fina de clande. desp. & Infusc. & Pan. ibi. Nec licentia parochii, vel ordinarii ad contractandum matrimonium extra suum diocesum; Nec praesentia parochi, ordinarii, aut ab eo licentia, extra territorium, vel diecesim suum sufficit sed necessaria domino est praesentia parochi, vel alterius sacerdotis de ipsum parochi, seu ordinarii licentia, in propria parochia, vel diecesi, ut matrimonium valide secundum Concil. Tridenti formam in l. 24. cap. 1. de ref. matr. contrahatur; Eo quod ratio quare Concil. desiderat praesentiam parochi, vel sacerdotis ab eo, vel ab ordinario licentiam in matrimonio contractando sit, ut cum maiori auctoritate, quam habet in subditum in eo loco, in quo contrahitur matrimonium, fiat. Quae auctoritas planè cessat, cum eiusmodi praesentia

extra parochiam, vel territorium, vbi persone priuate habentur, exhibetur.

DECISIO LV.  
Ex consil. 48. alias 7.

**Q**ui iure iurando mulieri dicit, ut illam ad secum cumbendum inducat, non habeo aliam nisi te, vel promitto tibi me non aliam ducentum vxorem nisi te, aut aliam mulierem non ingressum domum meam nisi teipsum, nec in foro conscientiae, aut in foro exteriori sponsalium illa contrahere censetur: Potest tamen iudex eum in foro exteriori compellere, & tenet ipse ob deceptionem & diffamationem ad matrimonium cum ea contrahendum, erg. l. vnicæ, §. f. C. de apt. virg. Pan. in c. ex parte, de sponsalibus mulier hanc obligationem illi remittere contenta fuerit, c. Præterea, de sponsalibus.

DECISIO LVI.  
Ex consil. 49. alias 3.

**P**lebeius se Nobilem primogenitum, & diuitem fingenendo, matrimonium cum Nobili puerla ex illustri familia contraheens, seruata forma in id necessaria per Concilium Tridentinum, sess. 24. ca. 1. de ref. matr. inducta; quamvis huiusmodi dolis videntur peccat, quia tamen penitus in extorem personæ indicere non videtur, (qui solus ipso iure matrimonium animhilat, c. 1. 29. q. 1. & ait Nau. in Manual. c. 22. num. 32.) de rigore iuris matrimonium validum, nec regulariter separabile contraxisse censetur. Quia vero error talis, ad extorem personæ, & conditionem seruilem proximè accedit, & ex tali matrimonio multa scandala, & homicidia probabiliter sequi possunt, matrimonium tale si consummatum non fuerit, Papa iuste dissolute valet. Glo. celeb. in causa publico. de conuers. coniug.

DECISIO LVII.  
Ex consil. 50. alias 29. de penit. & remis.

**Q**vando gratia a Papa in utroque foro obtenta ad contrahendum matrimonium in aliquo gradu prohibito propter surreptionem occultam sit nulla, & impenetrantes in Dataria solent compositionem soluere, non potest paenitentiarus Major sic contrahentes ad dictam compositionem soluendam cogere, si cognita postea surreptione desuper dispensetur; neque etiam aliquid sponte datum pro munere accipere; Eo quod Paenitentiarus Major ubique gratis expedire tenetur, prout in illius facultatibus exprimi solet; teneturque etiam in suis literis testari eas gratis ubique esse expectatas: Non dicitur autem gratis expedit, quoties aliquid per viam compositionis exigitur, quia exigere ab intuito est extorque re glo. in c. exigit de censibus in 6. verb. exigere.

DECISIO LVIII.  
Ex consil. 51. alias 2. de rescr.

**C**um in lege id videtur concessum, quod non intueritur Oprohibitum cap. consulutu, 2. q. 5. & gl. c. 2. verbo inuenitur, de transl. prælat. dispensatio super impedimentum matrimonij obtenta valet. etiam si ad eam obtinendam quis nullum speciale mandatum accepit. argum. l. quidam relegatus, ff. de reb. dubiis. gl. & Bal. in c. ad autes. de rescr.

DECISIO LIX.  
Ex consil. 52. alias 4. de cland. despon.

**P**resentia parochi vnius contrahentium, vel alterius Sacerdotis de ipsis, vel ordinarii licentia, quæ ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de ref. matr. decreto ad matrimonium contrahendum requiriunt, sufficit siue in viri, siue in feminina parochia contrahatur ex Nau. in Man. c. 25. nu. 144.

DECISIO LX.  
Ex consil. 53. alias 5. de cogn. spir.

**S**ponsi ante Concilium Trident. se carnauerit cognoscentes animo, & affectu vxorio, & prolem sufficienter, quam in periculo mortis constitutam pater baptizat, verum ma-

trimonium contrahunt, nec aliquam ex tali baptismo patet cognitionem quæ nocet, aut impedit usum Matrimonij contrahitic ad limina, 30. q. 5. Quia per actum bonum in necessitate factum, matrimonio antea contracto praividicari non debet: Sponsalia vero ante Trident. & postea in locis, in quibus non est publicauit aut receptum, per carnalem copulam vxorio affectu habitam, in verum Matrimonium transiunt: Qui vero in simili necessitate suum, & fornicatiæ siue filium baptizat, cognitionem spiritualem impedimentum, & dirimentem Matrimonij contractum contrahit: c. 1. de cogn. spir. in 6. Diuersa etenim est ratio baptizantis filium suum ex uxore, & filium ex Concubina habitum eo, quod in priori casu agitur de non praividicando matrimonio iam contracto, in posteriori vero agitur de non praividicando contrahendo: ita ut baptizans in necessitate fornicarium filium includatur sub illa tegula, nimirum quod inter baptizantem, & patrem, & matrem baptizati oritur cognitio impediens, & dirimens contractum matrimonij, ca. 1. de cogn. spir. in 6. quod impedimentum per Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 2. de refor. matr. non tollitur. Baptizans autem in tali necessitate filium suum ex uxore a tali impedimento contrahendo excusat. Ad limina, 30. q. 1. & Nau. in Man. ca. 22. nu. 40.

DECISIO LXI.  
Ex consil. 54. alias 16.

**A**rchonus ascensus a volentibus matrimonium contrahere, & contrahentibus per verba de presenti coram parocho, & testibus, validum matrimonium contrahunt, quamvis parochus nihil dicat, veletiam si dicat, Ego vos posse coniungam.

DECISIO LXII.  
Ex consil. 1. in Novis, deest in antiquis.

**M**atrimonij Sacramenti materia est consensus utriusque, verba autem, vel signa, quibus illa iunctio exprimitur, forma ex Nau. in Man. c. 22. nu. 20.

DECISIO LXIII.  
Ex consil. 13. in Novis, deest in antiquis.

**I**mpedimentum Matrimonij probabiliter ignorans, etiam si monendum non sit quoad effectum vitandi peccatum, eo quod probabilitas ignorantia excusat peccato, cap. 1. de const. & c. ignorantia de reg. iur. in 6. & S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 3. ad effectum tamen. ut matrimonium valeat, & adepta dispensatione valide de novo contrahi possit, aut non, admoneri debet, ita Nau. in Man. c. 22. nu. 47.

DECISIO LXIV.  
Ex consil. 14. in Novis, deest in antiquis.

**M**atrimonium in gradu prohibito contrahentes, si potesta in notitia impedimenti veniant, obtenta dispensatione, de novo contrahere debent, alioquin matrimonium non est validum: Siquidem matrimonium, quod a principio fuit nullum, a potestate aliqua humana confirmari nequit; nisi consensus de novo ex quo legitimum matrimonium, quod est Sacramentum, oportet, post sublatum impedimentum, adueniat.

DECISIO LXV.  
Ex consil. 15. in Novis, deest in antiquis.

**V**amus Sacramentalia, & Sacraenta, excepto baptismo in morte ab heretico, vel schismatico legerente accipiens peccat: quia tamen benedictio nuptiarum, siue bene, siue male ab heretico accepta, vinculum essentiale matrimonij, nec auget, nec minuit, cum hoc indissolubile sit, ex Matt. 19. & c. quod Deus. 33. q. 2. a Sacerdotibus Grecis, hereticis, & ritum Ecclesie Romane blasphemantibus benedictionem nuptialem accipientes, nec uxores relinquent, & ad sic relictas, etiam si secundas duxerint redditice tenentur, c. 1. & vi. de sponsa. duorum.



## DECISIO LXVI.

Ex conf. 18. in Novis deest in antiquis.

**S**ponsalia solemniter de futuro cum aliqua contrahens, & ea m̄ antequam per verba de præsenti coram parocho, & testibus per Concilium Trid. scilicet 24. de ref. matr. c. 1. ad id requisitus contrahat carnaliter cognoscens, quamvis eam ducent tenetur, maritus tamen eius non efficitur, eo quod nec matrimonium hodie per copulam affectu maritali post sponsalia habitum præsumitur, nec absque præsentia parochi, aut alterius Sacerdotis de illius, vel ordinarii licentia, & sine testibus valide contrahi potest.

## DECISIO LXVII.

Ex conf. 19. in Novis, deest in antiquis.

**C**um omnis promissio rei notabilis licet præmittentem, sub pena peccati mortalis iure naturali, & canonico obliget, c. 1. de pacis, & iuramentum quacumque arte verborum concipiatur, in eo sensu adimpleri debet; quem cui iuratur, intelligit, c. Quacunque 22. q. 5. & Nau. in Man. c. 6. nu. 18. quare virginem in uxorem ducere præmittens ducere teneatur, etiam si talem promissionem absque animo adimplendi fecerit.

## DECISIO LXVIII.

Ex conf. 20. in Novis, deest in antiquis.

**V**irginem diu solicitans, singendo eam in uxorem ducere velle, si tantum ad oculū, & tactus perueniat, quamvis illam in uxorem ducere non tenetur, doctem tamen aliquam in illatī damni compensationem assignare debet.

## TITULUS II.

## De desponsatione impuberum.

S V M M A R I U M.

- 1 Sponsalia impuberum est ad matrimonium obligent, non tam superueniente etate matrimonium fiunt.
- 2 Sponsalia inter puberem, & impuberem valent, sed pubes resilire non potest donec alter pubescat, & contrahere nolit.
- 3 Sponsalia per parentes sponsis præsentibus, vel ratificantibus contrahēta tenent, possunt tamen, etiam si iurata fuerint, mutuo consensu dissoluī.
- 4 Impuberis, an, & qui consensum sufficientem ad matrimonium contrahendum de præsenti habere censemur.

## DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 2.

**Q**uamvis duo impuberis, aut pubes cum impubere etiā per verba de præsenti intellecant, non tamen utrum inter se matrimonium, sed tantum iuris fictio ne, c. 1. de spons. impub. in 6. sponsalia de futuro contrahere censentur, nisi pubertati proximi sint, & malitia, vel potentia supplet etatem; Sed neque per solam etatem superuenientem talia sponsalia in matrimonium transeunt; adeo ut alter eorum aduenienter etate cum alia, vel cum alio matrimonium valide contrahere potest; Sic tamen cum alia, vel cum alio contrahens matrimonium peccat, nisi aliqua iusta de causa superueniente excusat eo, quod sponsalia priora de futuro etiam inter impuberis in conscientia ad matrimonium contrahendum obligant.

## DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 1.

**P**ueros cum puella impubere sponsalia de futuro contrahens, expectare tenetur nec sine peccato resilire potest euam de consensu eius, donec illa pubescat; Quod si aduentore pubertate puella cum eo contrahere tenuat, poterit

viterque libere a præsatis sponsalibus discedere; Aut si ipsa tunc cum ipso contrahere voluerit, tenebitur ipse cum illa contrahere; Sin antequam illa pubescat, etiam de consensu eius, vel postquam ad puberatatem perueniet sine consensu eius, matrimonium cum alia per verba de præsenti contrahat, peccat quidem mortaliter, matrimonium tamen alias legitimè contrahendum valeret; ita Doctor. in c. 1. de despons. im-

## DECISIO III.

Ex conf. 14. alias 3. de rescript.

**S**ponsalia per parentes sponsis absentibus, nec postea ratificantibus illa contracta, nihil valent; cap. 1. § porro, de spons. impub. in 6. fin. vero ipsis præsentibus, vel postea ratificantibus contrahēta sint, siue iurata, siue non iurata fuerint, disposita poena, vi. is, per quem fieret, quo minus Matrimonium inter eos contraheretur, alteri poena nomine certam aliquam pecunia quantitatē solueret, valida censenda sunt, & ad Matrimonium contrahendum obligant; Quod si alter resilire velit non potest poena illa peti; cum nemo ad Matrimonium contrahendum per poenam obligari insit posse, c. Gēma. de sponsal. Possunt tamen huiusmodi sponsalia de amborum sponsorum consensu solui, ca. Præterea ita ut non sit operus absoluzione via de iuramento factio; Per remissionem enī fidei, & promissionis date, remittitur etiam et iuramentum quod tanquam earum accessorium apponi solet.

## DECISIO IV.

Ex conf. 5. in Novis deest in antiquis.

**I**mpuberes non habere consensum sufficientem ad matrimonium de præsenti contrahendum esti ius canonicum alicubi insinuare videatur c. 2. de despons. impub. verius tamē est, id solum in infantibus, & aliis dolī non capacibus intelligi, vnde alibi inter eos sufficientem consensum inveniri posse tradit, c. continebatur. de despon. in pube, & c. fin. de eo qui cogn. confan. vx. & impuberibus quibusdam, vt Matrimonium contrahere possent, Pius V. concessione dicitur, quāvis postea Gregorius XIII. die 13. Aprilis 1580. respondisse ferunt sedem Apostolicam eb̄ hoc non esse interpellandam, cum si desit decisio, vel potentia consumandi. Matrimonium fedes Apostolica nihil possit; quod si neutrum ecesserit cognovit ordinarius, poterit (sic causē que narrantur verā hī) suo iure dictam licentiam concedere.

## TITULUS III.

## De clandestina desponsatione.

S V M M A R I U M.

- 1 Parochi denunciationes triuas matrimonijs contrahendis premittendas remittere non possunt.
- 2 Parochianum non facit habitatio ad tempus extra domicilium.
- 3 Matrimonium sine præsencia parochi, in locis ubi Concilium receptum non est, an ualeat.
- 4 Matrimonium clam ducta velicta, cum alia contrahendum, in locis ubi Concilium non est receptum, non ualeat.
- 5 Matrimonium raptor cum raptā ante restituitionem contrahere nequit.
- 6 Matrimonium cum non baptizato contrahendum est nullum.
- 7 Absolui nequit, qui infidelē ducit, nisi ab eas separat.
- 8 Matrimonium, cui nec parochus, nec alius de illius licentia aderat, per cohabitationem septennem, non validatur.

## DECISIO I.

Ex conf. 1. in utrisque.

**Q**ui Matrimonium contrahere volunt, & timent, ne si publicaretur; antequam esset contrahendum,